Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-710702-p0001-0

B. 378.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-710702-p0002-5

X.

# DE BIBLIOTHECIS ET MVSEIS ERFORDIENSIBVS.

PRAECIPVE

## *DE REV. MINISTERII AVG. CONF. BIBLIOTHECA.*

PARTICVLA VII.

QVA

## AD EXAMEN AVTVMNALE

D. X. XI. ET XII. OCT. CIƆIƆCCCIII.

IN GYMNASIO SENATORIO HABENDVM

INVITAT

ET

## SYMBOLAS IN BIBLIOTHECAM ET MVSEVM GYMNASII

PER SEMESTRE PRAETERITVM DECIMVM QVARTVM A BENEVOLENTIBVS COLLATAS RECENSET

GYMNASII DIRECTOR

*M. IO. IOACH. BELLERMANN,*

THEOL. ET PHILOS. P. P. O., ACAD. SCIENT. VTIL. SOCIVS ET AB EPISTOLIS, SOCIETAT. LATINAE IENENS., OECON. LIPSIENS., MINERAL. IENENS., PATRIOT. WESTPHAL. ET NAT. CVRIOSOR. BROCKHVSA-WESTPHAL. SODALIS, — GYMNASII BEROLINO-COLONIENSIS DIRECTOR DESIGNATVS.

ERFORDIAE,

TYP. IOAN. CHRIST. GOERLING, ACAD. TYPOGR.

B. 328

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-710702-p0003-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-710702-p0004-6
DFG

Quemadmodum in programmatibus praecedentibus codices quosdam manuscriptos in Bibliotheca Rev. Ministerii Aug. Conf. seruatos paucis descripsi, ita iam *Gemarae librum*, de quo exemplo nullibi notitiae vestigia reipublicae literariae data inveni, omnibus ambagibus missis, breviter recensebo.

## *Codex XI.*

*Thalmud*, et quidem ea pars, quae *Gemara* dicitur. Codex manuscriptus membranaceus, foliis CCXXII, in folio, unica columna in qualibet pagina, XXXIV–XXXVII lineis in columna, characteribus quadratis judaizantibus, membranis flavescentibus, usuque tritis.

*Gemara*, גמרה, *perfectior* sublimiorque doctrina, a. r. גמר *perfecit*, est commentarius Mischnae; *Mischna* vero, graece Δευτερωσις, quasi legis divinae repetitio et latior explicatio, seu lex oralis, lex *secundaria*, a. r. שנה *iteravit*, duplicavit, est Thalmudis (omnium gentis hebraeae rituum systematis) pars prior, patrum traditiones continens, quae a Mosis temporibus, ut ajunt, successive per oralem relationem propagatae, primo a *Rabbi Jehuda hakkadosch hannasi* (a Juda sancto et principe) anno, ut fertur, CL post Christ. nat. collectae et in unum volumen confectae fuerunt. *Gemara*, posterior Thalmudis pars, quae disputationes doctorum recentiorum Rabbinorum in librum Mischnicum comprehendit, seculo sexto absoluta dicitur.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-710702-p0005-2

Duo hi Tomi in quibusdam Mss. sic sunt dispositi, ut Mischnae pars quaelibet tanquam textus juris civilis et ecclesiastici praecedat, Gemara vero cuique Mischnae, tanquam commentarius subiiciatur. Haec per omnem theologiam et jurisprudentiam latissime patet, legum causas demonstrat, et cognitis incognita abstrusaque annectit. Legum et disciplinae rationes, quas in Mischna frustra enarratas quaeris, Gemara enucleat, ita ut illos, qui inter Judaeos supremum eruditionis gradum adpetunt, in hanc incumbere oporteat. Gemara hanc ob rem saepe καὶ ἐξοχήν Thalmud i. e. doctrina, a. r. למד *docuit*, appellatur.

Totum Corpus Mischnicum et Gemaricum absolvitur sex partibus, quas Judaei סְדָרִים *Sidras*, i. e. Ordines s. *Partes* vocant; quaelibet Sidra habet suos *Libros* s. *Tractatus*, quorum quemlibet iidem Massecheth מַסֶּכֶת nuncupant; liber denique in *Capita* varia dividitur, quae *Perakim* פרקים dicuntur.

Noster codex complectitur quatuor Gemarae partes priores et quintae partis primum librum. Scriba vero alium ordinem, quam vulgo in libris impressis observatum invenimus, secutus est. Quam ob causam titulos partium (Sedarim), et librorum (Massichthoth) hic nominandos, eosque studiosorum causa versione latina donandos duxi, ut hujus studii amatores cum recensu Buxtorfiano seu Surenhusiano, qui omnium optimam Mischnae editionem adornavit, codicis indolem comparare possint.

I. סדר זרעים (Seder Seraim) Ordo s. Pars de seminibus et fructibus terrae

1) מסכת ברכות (Massecheth Berachoth) Tractatus s. liber de benedictionibus, i. e. de precibus et gratiarum actione pro terrae frugibus.

2) מ׳ פיאה (Mass. Peah) De angulo scil. aliquo agri pauperibus relinquendo, ut ejus fructus colligere queant.

3) מ׳ תרומות (M. Thrumoth) De primitiis sacerdotibus adportandis.

4) ערל (Orlah, praeputium) De primis arborum fructibus, per tres annos priores colligi illicitis.

5) דמאי (Demai) De rebus dubiis, an decimae Deo dandae sint, nec ne.

6) שביעית (Schebiith) Septimus, i. e. de juribus anni septimi seu sabbathici.

7) כלאים (Kilaim) Heterogenea, i. e. de diversis generibus non commiscendis.

8) מעשר ראשון (Maaser rischon) De decimatione prima, quae Levitis a populo competit.

9) מעשר שני (Maaser scheni) De decimatione secunda, quam Levitae Sacerdotibus offerre tenentur.

10) חלה (Challah) De placenta, quam mulieres panem cocturae de massa decerptam comburunt.

11) בכורים (Biccurim) De primitiis in templum offerendis.

II. סדר מועד (Seder moed) De sacris festis.

1) שבת (Schabath) De Sabbatho.

2) ערובין (Erubin) De commistionibus termini sabbathici, s. de domibus et locis longe distantibus conjungendis, ac si inter eas iter Sabbathi non distet, ut die Sabbatho liceat deferre cibum.

3) פסחים (Pesachim) De Paschatis festo.

4) שקלים (Schekalim) De siclis templo pensitandis.

5) יום הכיפורים (Jom hakküppurim) De expiationis die. Haec Massecheth alias e. g. apud Surenhusium יומא (Joma) dicitur.

6) סוכה (Sukka) De tabernaculorum feſto.

7) יום טוב (Jom tob) De diebus feriatis, alias ביצה (Beza).

8) ראש השנה (Rosch haschschana) De novo anno.

9) תענית (Thaanith) De jejuniis.

10) מגילה (Megillah) De feſto Purim, alias פורים (Purim).

11) מועד קטן (Moed katon) Festum parvum, i. e. de diebus intermediis inter primum et octavum feſti Paschatis, Pentecostes et Tabernaculorum.

12) חגיגה (Chagigah) Festivitas, i. e. de feſtiva cujusque Judaei Hierosolymis comparatione, s. de Sacris solemnibus.

III. ס׳ נשים (Seder Naschim) De mulieribus.

1) יבמות (Jebammoth) De matrimonio leviratus.

2) כתובות (Kethuboth) De contractibus matrimonialibus.

3) נדרים (Nedarim) De votis.

4) נזירות (Nesiroth) De Nasireatu, voto abstinentiae.

5) סוטה (Sotah) De muliere ad scortationem declinante.

6) גיטין (Gittin) De divortiis.

7) קדושין (Kidduschin) De sponsalibus.

IV. ס׳ ישועות (Seder Jeschuoth) De redemtione, compensatione damnorum ab hominibus et bestiis illatorum. Alias vocatur ס׳ נזיקין (Seder Nesikin) De damnis.

1) בבא קמא (Baba kama) Porta prima s. codex primus, de damnis, quae a bestiis et hominibus alicui inferuntur.

2) בבא מציעא (Baba metzia). Porta media s. codex secundus, de damnis ex foenore, usuris, deposito, et rebus perditis.

3) בבא בתרא (Baba bathra) Porta postrema s. codex tertius, de damnis ex societate in commerciis, ex hereditatibus, ex emtione, venditione etc.

4) מסכת סנהדרין (Massecheth Sanhedrin) Tractatus de synedrio s. senatu majori, judiciis pecuniariis, criminalibus etc.

5) מ׳ מכות (Mass. Makkoth) Tr. de poenis s. de quadraginta *plagis*, quibus caedebantur, qui crimen morte non piandum commiserant. 2 Cor. 11, 24.

6) מ׳ שבועות (M. Schebuoth) Tr. de jurejurando, de variis juramentorum generibus etc.

7) מ׳ עדיות (M. Edaioth) Tr. de controversiarum testificationibus, examine testium etc.

8) מ׳ עבודה זרה (M. Abodah sarah) Tr. de cultu peregrino s. idololatria.

9) מ׳ הוריות (M. Horaioth) Tr. de documentis judicum, statutis, quo modo legis transgressores sunt puniendi.

V. ס׳ קדשים (Seder Kodaschim) Ordo s. Pars de rebus sanctis.

1) מ׳ זבחים (Mass. Sebachim) Tr. de sacrificiis.

Huc usque liber manuscriptus. — Reliqui tractatus Sidrae hujus codici desunt, nec non sexta Sidra. Codex crassis asseribus quernis corio obducto ligatus, bullis ferreis ligulisque aeneis munitus est, quae compactura faciem summae antiquitatis prae se fert.

Quo anno, loco, auctoreve liber exaratus est, nullibi indicatum animadverti; cum vero anno Chr. MCCCIL, dira Judaeorum persecutione Erfordiae et in omni Thuringia inflata, cum reliquo celeberrimae Synagogae Erfordiensis adparatu in potestatem Christianorum ceciderit: nullus dubito, quin seculo decimo tertio seu quarti initio confidenter adsignetur.

Dono·

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-710702-p0009-8

## Donorum Gymnasio liberaliter oblatorum recensus.

Cum in novissimo programmate *Eminentissimi ac Celsissimi CAROLI THEODORI, S. sedis Mog. Archiep. S. R. I. per Germaniam Archicancellarii atque Electoris* etc. munera ob chartae angustiam dinumerare non liceret, jam reliqua, itidem duntaxat speciminis loco, sunt indigitanda.

8) *Zur Geschichte und Geographie:* Galletti's Gesch. von Deutschland, 10 Bde. 4.; dessen thüringische Gesch. 33 Hefte; Gatterer Universalhistorie, 2 Bde. 65; Jagemann Gesch. des Groſsherzogthums Toskana; Hüllmanns Gesch. v. Schweden, 1. B.; Sartorius Gesch. des hanseat. Bundes; Gesch. d. deutschen Liga; Adelungs Staatsgesch. Europa's, 9 Bde. 4; Gerkens Stiftshistorie von Brandenburg; dessen Codex diplomaticus Braudenb. 2 Bde.; dessen vermischte Abhandl.; dessen Fragmenta Marchica; dessen Diplomataria vet. Marchiae, 2 Bde.; Würdtwein diplomatar. Mog.; De Thou histoire universelle, 7 Bde. 4.; Anderson history of commerce, Lond. 764. fol.; Condillac: le commerce et le gouvernement etc. 767.; die Verheerung Westindiens; Perefix hist. de Henri IV.; Clery Journal de la captivité de Louis XVI.; Meusel über Joseph II.; Analecta cisrhenana; Genealogische Nachrichten, 160 Thle.; verschiedene genealogische und chronolog. Handbücher; Origines ecclesiasticae; Gudenus Gesch. des 1. Jahrhund. 3 Bde.; Wolfs Geschichte des Stifts zu Nörten; Reuter Gesch. des St. zu Alban; Istoria delle rendite ecclesiastiche, Venez. 2 Bde.; History of the revolution in the dutch republic, Lond. 789; Buderi biblioth. hist. u. s. w.

9) *Literatur und Zeitschriften:* Allg. deutsche Bibliothek, 96 Bände; Götting. histor. Magazin v. Meiners u. Spittler, 18 Stück; Neues Magazin, 5 St.; Götting. Magazin der Wissensch. v. Lichtenberg, 15 Hefte; Schlözers Briefwechsel, 38 Hefte; Mainzer Monatsschrift, 37 Hefte; Sammlung v. Bildern gel. Männer, 7 Hefte; Journal des gens du monde, 24 Hefte; Journal de lecture, 22 Hefte; Nouveau Mercure de France, 12 Hefte, u. s. w.

10) *Mathematik:* Kästners mathematische Werke, 7 Bde; Bode astronomische Abhandlungen; Fergusons Astronomie; Schröters Erweiterung der Sternkunde; Chladni Entdeckungen über die Theorie des Klanges, m. K. 787.; Memorie di Matematica, Verona 782. 2 Bde, gr. 4. u. s. w.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-710702-p0010-0

11) *Rechtswiſſenſchaft:* Sartori geiſtl. und weltl. Staatsrecht, 8 Bde.; van Espen jus eccl. univ. Lovanii, 4 Bde. f.; Corp. jur. civil. ed. Gothofredi; fortgeſetzter Codex auguſteus, 2 Bde.; Entwurf eines Geſetzb. f. d. preuſs. Staaten; Corpus jur. Frideric. Briefwechſel darüber; zuſamm. 12 Bde; Herrmanns juriſt. Lex. 2 Bde; Hartleben Bibl. der juriſt. Lit. 3 Bde; Moſers patriot. Archiv, 10 Bde; Möſers patriot. Phantas. 2 Bde; Meyer Regensburg. Reichstagshandl. Götting. 4 Bde; Voet comment. in Pandect. 2 Bde; Noot op. omn.; Codex probation. diplom. Bamberg.; Schorch opuſcula; Haas Juſtizverbeſſerung, 2 Bde; Commentaries on the laws of England, by Blackſtone, 4 Bde. Lond. 88.; Viele Staatsſchriften. Principes de touts les gouvernemens, 2 Bde. u. s. w.

12) *Theologie:* Voigt commentar. in N. T. 5 Bde.; Müller Harmonie der 4 Evang.; Herders Maran atha; Haſſe Salomons Weisheit; Jeſuch Sirach, Wirzb. 86; Geddes proſpectus of the new translation etc. Lond. 86; Antoine theol. dogm. 8 Bde.; Viele kleine Schriften ähnl. Inhalts.; Geſch. der Bulla in coena domini, 2 Bde; Berg und Zirkels Predigten; Löflers Predigten; Frorieps Predigten. u. s. w.

## Fautorum Gymnaſii reliquorum nomina et donaria:

Herr Paſt. u. Inſpect. Gymn. *Arnemann:* zwey Globos, näml. einen terreſtrem u. coeleſtem, von J. Seuter. — Hr. D. *Bernhardi* (viert. Beytr.) das neue Mineral, Pinit. — Hr. Prof. *Rüdiger* in Halle: 2 Proben von otaheitiſchem Zeug, Vicogne Wolle, und geflochtene Mädchenhaare aus Peru. — Hr. Paſt. *Reinhard*: eine zinnerne Medaille auf die Aufhebung der Jeſuiten. — Hr. D. *Arnold*: (fünft. B.) Cebes Gemälde u. Epiktets Handbuch, griechiſch, v. Jacobi, Hamb. 786. — *Ein Hochedl. u. Hochw. Rath:* vier Exempl. von Fricke's Gemeindeſchreiber, Halle 1800. fürs Semin. — Hr. Prof. *Ritſchl* jun. (4r Beytr.) Scaevolae elogia Gallorum; Joannis de Curiis poemata; Witſchel Geſch. v. Deutſchl. 2r Th. — Hr. Kurpfalzbaierſche Hofkammerrath *Ockhart:* ein und funfzig Bände an Büchern, näml. 13 in fol., 13 in 4., 21 in 8., und 4 in 12. Darunter ſind: Calviſii opus chronol.; Speneri hiſt. inſignium illuſtr.; Ej. ſylloge geneal. hiſt.; Rudolphi heraldica cur.; Gatterers Erläut. d. Herald.; Bibliotheca numiſm.; Goldaſti Catholicon rei monet.; Gudeni Kabinetsthaler; Lipperti dactyliotheca univ. I. II.; Bonarden Götterlehre; Hiſtorie des conciles, I — IV.; Merkw. der Kön. Chriſtina, I — IV.; Werdenhagen de rebuſpubl. hanſeat.; Grotius; Hobbes; Struv; Fritſch; Barboſa;

Arnold de Reyger; Besoldus; Brederodius; Agrippa de incert. scient.; Gesner de Academia Georgia Augusta; Anecdota Boineburgica; Kalmar specimina linguae philos. univ.; Pancirolli memorabiles res deperditae; Aristotelis libri politicor.; Hederichs Anleit. zu den histor. Wiss.; dess. Anl. zu d. philolog. Wiss. u. s. w. — Hr. Kön. Dän. Justizrath, Arzt in Bergen in Norwegen, jetzt allhier, D. J. A. W. *Büchner*: (fünft. B.) 5 Bde. Bücher, 78 Münzen, 36 St. Naturalien u. 4 St. Kunstsachen; als: I. De la Tocnaye Promenade d'un François en Suede et en Norvege, 1801; Ej. Prom. dans l'Irlande, 1801; Ej. Prom. dans la grande Bretagne 1801; Ej. Les causes de la revolution en Fr. 1800. II. An Münzen 50 silberne, 25 kupf., 2 meſsing., eine zinnerne, darunter ein Anselmus Casimirus v. 1642. Die Suiten von 1, 2, u. 4 dänischen Schillingstücken von Christian IV. V. VII. von Friedrich III. V., diverse schwedische, russische, englische, franz. spanische, päbstl. genuesische, deutsche, schleswigsche, clevische u. a. Münzen, die im Verzeichniſs der Beyträge namentl. specificirt stehen. III. An Naturalien: 3 angeschliſſene Achatstückchen, Zinngranaten, Isländischer Doppelspath, Opal, ein groſses Stück von einem Seebaum, eine kostbare Madrepore, Millepore, nebst einigen kleinen Konchylien und 2 unreiſen Perlen. IV. Eine Windbüchse, eine Obertasse von geflochtenen Binsen aus China, ein chinesischer hölzerner Waagebalken als Stock, ein Stückchen otaheitischen Zeugs. — Hr. Prof. *Tennemann* in Jena: (zweyt. Beytr.) dessen Gesch. der Philos. 4r Bd. 1803. — Gymnas. *Hertha*: ein silbernes vier Mariengroschen-Stück v. 1694. — Gymn. *Thilow*: zwey kl. anatom. pathol. Wachspräparate. — Hr. Prof. *Trommsdorff*: ein Stückchen Lepidolith aus dem Ruhler Reviere. —

Omnibus his boni jucundique adjutoribus gratias habeo, habebitque maximas Gymnasium; nec necesse est, ut, viro quolibet cordato merita Evergetarum juste per se agnoscente, in laudes excurram. Benevolentia enim horum magnanimorum, quibus salus Gymnasii curae cordique fuit, et quorum nomina una cum honestis munusculis in programmatibus quindecim proxime praecedentibus (fusius in commentariis scriptis, quorum titulus est: „Dem Andenken der Beförderer des Guten an dem Erfurtischen Rathsgymnasium.") gratae memoriae servantur, Gymnasium jam fere quater mille librorum volumina, 3500 res ad historiam naturae pertinentes (nimirum 2000 fossilia, 800 conchylia, 500 vegatabilia etc. in 12 scriniis, 3000 cistulis capsulisque custodita, nec non 2000 numos memoriales, in quibus 160 monetae veteres romanae, varia instrumenta physicalia et mathematica, diversas res arte conſectas etc. possidet. — Quilibet Evergeta macte esto!! Rerum

Rerum, quae sexaginta duobus alumnis in quatuor classes divisis per semestre praeteritum traditae sunt, syllabus.

I. Lectiones Bellermanni. In classe I. 1) hebraicae: 2 Reg. 15 — Jes. 8, adjecta analysi; 2) encyclopaedicae: Jurisprudentia et Medicina. 3) latinae: Ciceronis orationes Catilinariae I. II. III. et extemporales imitationes. In cl. II. 1) hebr. e chrestom. p. 65 — 86. Jos. et 1. Sam. c. anal. 2) lat.: Cic. ep. ad fam. L. IV. 3 — V. 4. et imit. extemp. In cl. III. 1) hebr. linguae elementa, duce Biedermanni gram. et Genes. XV. 2) lat. Phaedri fabul. L. IV. 6 — V. 6. In Seminario: historia biblica, praesertim de scriptis N. T. et antiquitatibus biblicis.

II. Lect. Ritschlii sen. In cl. I et II. ephemerides politicae. In cl. III. exercitia latina. In Seminario: calculi ecclesiastici, ut decet, formandi ratio, et perscriptorum publicorum praecepta, duce Fricke preuſsischer Gemeindeschreiber.

III. Lect. Sinnholdi. In cl. I. 1) graecae: a) Anacreontis carmina I — XXVI. b) Homeri Iliad. Rhaps. I. 1 — 225. c) Ev. Matth. c. 25 — ad finem cursorie. 2) gallicae: a) Syntaxis gallica. b) l'avare de Moliere. act. I — IV. In cl. II. 1) graecae: a) Verborum graecorum derivatio temporum. b) Chrest. gr. partic. VI. I — XII. Plutarchi apophthegm. sel. 2) gallicae: a) explication des Verbes. b) les fourberies de Scapin de Moliere, acte I et II. In cl. III. 1) graecae: a) Grammat. graeca. b) ex Palaephato de incredibilibus I — VIII. c) Ev. Marci c. IV. 2) gallicae: a) Principes de la langue françoise. b) Bons contes et bons mots CLI — CLX. In Seminario: Styli epistolaris germ. exercitia.

IV. Lect. Herrmanni (jam Reg. Boruss. Consiliarii ecclesiastici in Eichsfeldia, Erf. etc.) per tres et quod excurrit menses. In cl. I. 1) Livii hist. rom. L. III. 57—68. 2) Extemporal. lat. 3) Theol. secund. suum comp. In cl. II. 1) Terentii Andria Act. I et II. 2) Extemp. lat. 3) Theol. In cl. III. 1) Cornelii Themistocles. 2) Cic. ep. sel. 42 — 49. 3) Exerc. lat. 4) Theol. In Sem. Theol.

V. Lect. Moelleri. In cl. I. 1) Horatii carm. III — IV. 5. 2) Exercitia poet. et prosod. graeca. 3) Trigonometriae planae elementa duce Langsdorf. In cl. II. 1) Virgil. Aeneid. XII. 1 — 574. 2) Exercitia poetica in hexametro heroico et carmine elegiaco. 3) Prima elem. Algebrae et Geometriae planae pars prior. In cl. III. 1) Ovidii trist. l. V. leg. 7, 8 et 9. 2) Prosod. lat. P. I. 3) Arithm. et calculi univers. P. I. In Sem. Geodaes. pars prior.

VI. Lect. Petri. In cl. I. 1) Snellii lib. de stylo germanico, ab initio ad p. 57, et exercit. declamator. 2) Cic. de off. L. I. c. 31 — 41. 3) Elab. lat. pros. 4) Hist nat. duce Nicolai, ab init. ad p. 53. In cl. II. 1) Snell l. de stylo germ. ad p. 158, et exerc. declam. 2) Fischeri sel. hist. L. II. 8 — III. 1. 3) Elab. lat. pros. 4) Antiq. rom. duce Nitschio. In cl. III. 1) Gram. lat. Bröder. ab init. ad p. 88. et Chrest. 2) Gram. germ. Adelung. ab init. ad p. 107. c. exerc. orthogr. et declam. 3) Mythol. duc. Dammio, ab init. ad p. 96. In Sem. Hist. nat. secund. Nicolaium.

VII. Lect. Hogelii. In cl. I. 1) Logic. sec. Villaume c. 1—12. 2) Hist. univ. recent Per. I. II. III. a popul. migrat. ad reform. Lutheri. 3) Geogr. sec. Pfennig Europa. In cl. II. 1) Hist. Teut sec. Galletti, ab init. ad Max I. usque. 2) Geogr sec. Pfenn. pars prael. seu math., phys., polit. et tum co specct. totius orbis terrar. 3) Ovid. Met. L. VI 401—VII, 350. In cl. III 1) Hist. univ. sec. Niemeyeri tabb. 2) Geogr. elementa sec. Fabri compend. 3) lat. Chrest. Gedikii memor. hist. nat. 12—32. In Sem. Hist. Teuton. ad Lutherum.

VIII. Lect. Mülleri, (antea Prof. extr., nunc in Herrmanni locum suffecti per 6 hebdomad.) In cl. I. 1) Lat Liv. hist. L. I. 1—8. et extemp. lat. 2) In doctr. relig. et morum sec Herrmanni comp., praeter Introd. prim. Sect. de Deo ejusq. attrib. In cl. II. 1) Terent. Andr. Scen 1 et 2. 2) Extemp. lat. 3) In doctr. rel. et mor. ut supra. In cl. III. 1) Corn. Nep. praet. praef. Miltiad. cap. 1--3. 2) Cic. ep. sel. L. I ep 1—8. 3) Exerc. lat. 4) Doctr. rel. ut supr. In Sem. Relig. et morum doctrina, ut in rel. class.

IX. Lect. Ritschlii jun. In Sem. 1) Exercitia catechet. in Herderiani catechismi cap. III. 2) Gedikii lib lat. LII—XC. 3) Exerc. lat.

X. Lect. Stolzii. In Sem. 1) Orthogr., Calligraph. 2) Arithmet. quatuor species et reg. de Tri, cum profectioribus vero doctr. de numeris fractis. 3) Exercitia musica, vocalia et instrumentalia.

---

Tres juvenes ingenii erecti et bonae indolis coram panegyri diligentiae et profectuum specimina proferre, et declamationes a se compositas publico judicio subjicere constituerunt:

I. CHRISTIANVS AVGVSTVS PEIFER, Schallenburgensis, sub finem examinis „De virtute sui commodi studio non abrepta“ germanice locuturus, suo commilitonumque nomine, sonantibus tubis tympanisque admurmurantibus, humillimas gratias, quibus debentur, aget, simulque pro integerrima salute *Regis augustissimi atque potentissimi FRIDERICI WILHELMI III, patriae patris dilectissimi regiaeque stirpis generosissimae* preces votivas fundet.

II. CHRISTIANVS ERNESTVS FRIDERICVS WEISSMANTEL, Erfordiensis, „De ornatu orationis latinae in Gymnasiis non negligendo“ sub examinis initium latine disputabit.

III. GEORGIVS PHILIPPVS STOLZE, Erfordiensis, „De flaminum generibus apud Romanos“ die Mercurii, hor. VIII. perorabit.

Quod reliquum est *Viros omnium ordinum honoratissimos, Amplissimi Senatus Magnates, Inspectores eruditione meritisque clarissimos, Musarum Patronos et omnes rei scholasticae amicos aestumatissimos* ad actus exploratorios, hor. VII—X. et h. I—IV. per biduum instituendos, et ad tertii diei concionem solemnem, in qua, si discesseris a juvenum declamationibus exercitiisque musicis, Vir summe Reverendus *M. Engelhard*, Ministerii Evangelici Senior, Gymnasii Protephorus et cet. publice dicet, observanter advoco. Erfordiae, die VIII. Oct. CIƆDCCCIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-710702-p0014-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-710702-p0015-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-710702-p0016-3

Aa 555
4°
VD18
ULB Halle 3
005 126 69X
n. C.
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-710702-p0017-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-710702-p0018-4

DE BIBLI ... EIS
ERF ...

*DE REV. MI ... ONF.*
*BI ...*

F ...

# AD EXAM ... LE

D. X. XI. ...

IN GYMNASIO ... M

SYMBOLAS ... M
ET MV ...
PER SEMESTRE PRA ... TVM
A BENEVOLENT ...

GYMN ...

*M. IO. IOAC ...*

THEOL. ET PHILOS. P. P. ... T AB
EPISTOLIS, SOCIETAT. LATIN ... ERAL.
IENENS., PATRIOT. WEST ... SA-
WESTPHAL. SODALIS, ...
DIREC ...

ER ...
TYP. IOAN. CHRIST ...

B. 328

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-710702-p0019-3